CORE
Metadata, citation and similar papers at core.ac.uk
Provided by Biblioteca Virtual del Patrimonio Bibliográfico (Virtual Library of Bibliographical Heritage)

(28)

Capita [illegible] Reformationis consideranda a Patribus proposita die xj. Martij. M.D.lxij.

1. Considerent patres que ratio iniri posset, ut Patriarchæ, Archiepi. Epi et ceteri omnes animarum curam habentes in suis ecclesijs resideant et ab eis non nisi iustis, honestis necessarijs, et ecclesiæ catholicæ utilib; de causis absint

2. ~~itē~~ Item an expediat, ut nemo ordinetur ad sacros ordines nisi ad certum aliquem benefitij titulum, compertum est. n. multas commiti fallacias ex eo quod plerisque ad titulum Patrimonij ordinantur

3. Et quod ordinantes nihil omnino recipiant pro collatione quorumcunque ordinum neque etiam eorum ministri, aut notarij

4. An ijsdem concedendum sit, ut deprehendis non servientium possint distributiones quotidianas constituere, in illis ecclesijs in quibus nullæ sunt distributiones, aut ita tenues ut negligantur

5. An Parochiæ omnes quæ ob suam amplitudinem plures requirunt sacerdotes, plures etiam debeant habere titulos ab ordinario instituendos.

6. Benefitia quoque curata quæ idonea provisione victus sacerdotalis carent, an sint reformanda ita ut ex pluribus titulis, unus tantum ab ordinario constituatur

7. Cum Rectores Parochialium multi sint parum idonei qui vel ob imperitiã aut vitæ turpitudinem destruant potius quam ædificent subiectum sibi gregem; et deteriores aliquando habeant Vicarios videndum est quomodo huic malo medendum foret, num expediret eis dari coadiutorem, sive Vicarium idoneum cum assignatione fructuum arbitrio ordinarij

8. Ordinarijs an sit concedendum ut benefitia et capellas vetustate collapsas, quæ ob paupertatem restaurari nequeant in matrices ecclesias trans ferre possint

UGR Biblioteca Universitaria

9. An decernendum sit beneficia commendata, etiam regularia, visitari ab ordinarijs, et corrigi

10. Matrimonia clandestina an infuturum debeant declarari irrita esse et nulla

11. Quæ conditiones sint declarandæ ad hoc ut matrimonium non dicatur clandestinum, sed infacie ecclesiæ contractum

12. Deniq́ magnopere considerandum esset, quid constituendum sit circa questorum non parvos abusus

UGR Biblioteca Universitaria